



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

pra firmam petram. **R.** Iste est
 qui contempsit vitam mundi
 et puenit ad celestia regna. **Fu**
 datus enim. **Lectio secunda.**
Quod autem quedam hominum secu-
 lariu sententia qua dicere asso-
 lent apud belligeros viros vi-
 ctus dicitur occisus. Hoc di-
 cit suis dilectoribus mundus:
 sed fidelibus suis aliud loquitur
 christus. In sancta enim ecclesia
 inuenitur vnde illa sententia va-
 cuetur vt non dicatur victus
 qui fuerit occisus. Aliud enim
 est occidi pro mundo: aliud oc-
 cidi pro christo: qui occiditur
 pro mundo vincitur cum oc-
 ciditur. Iste itaque non victor
 sed victus inuenitur occisus:
 qui nisi vinceretur non occideret.
Qui autem occiditur pro christo:
 victus non dicitur quia non vincitur
 quis occidatur. Sed reuera
 victor occiditur: quia cum occidit
 victor efficitur. **R.** Iustus ger-
 minabit sicut lilium. Et flore-
 bit in eternum ante dominum.
R. Plantatus in domo domi-
 ni in atrijs domus dei nostri.
 Et florebit. **Lectio tertia.**
Coronam victoribus datur. Quo-
 ergo occisus ille victor negat
 qui pro eo occiditur a iusto iu-
 dice coronatur. Ecce beatus
 hic martyr occisus est quidem
 non tamen est victus sed permansit vi-
 ctor occisus: quia pro inuicto iue-
 nitur occisus. Inuictus enim

christus dominus pro quo maluit oc-
 cidi martyr qui si occidi inuicto
 noluisset ad victoriam non venis-
 set: imo si non occideretur mise-
 rabileret vinceretur. Vicit er-
 go pro fide moriendo qui vin-
 ceretur sine fide viuendo. Sep-
 timum est autem quia iustus ex fide vi-
 uit. Proinde si iste martyr a-
 missa fide viuere decantaret:
 frustra viueret corporaliter qua-
 do spiritualiter in anima morere-
 tur. Corpus enim ex anima vi-
 uit: anima ex fide viuunt. **R.**
 Desiderium anime eius tribuisti ei
 domine. Evolutate labiorum eius non
 fraudasti eum. **R.** Quomodo pueni-
 sti eum in benedictionibus dulcedis:
 posuisti in capite eius coronam de
 lapide precioso. **Et. In. ij. no. a.**
 Filij hominum scitote quia dominus sem-
 suum mirificauit. **ps.** Cum inuo-
Antiphona. Sicut bone voluntatis
 tue coronasti eum domine. **ps.** Uer-
 ba me. **antiphona.** In vniuersa terra
 gloria et honore coronaasti eum
ps. Domine dominus noster. **R.** Posuisti.
Omnipotes autem in cordibus
 fidelium suorum pro fide habi-
 tare dignatus. Dicit enim apostolus in
 teriore homine habitare christum
 pro fide in cordibus nostris. Per
 manere itaque fide permansit in
 homine christus. Descendete autem
 christo discedit ab homine vita.
 Apostolus enim docet quia cum christus
 apparuerit vita nostra tunc et
 vos apparebitis cum ipso in gloria